



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 1. Universitatis Parisinæ fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

Jac. XVIII.  
A. C. 1739.

HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
CONTINUATÆ.  
*LIBER CCXXXII.*

CLEMENS XII. PONTIF. MAXIM.  
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Universitatis Parisinæ fata.*

**E**nimvero Parisina Universitas, quam  
diu sacræ Sedi immoto filiali ob-  
sequii studio adhæserat, ac legitimis  
Regis sui mandatis non modo debita  
submissione obtemperaverat, sed etiam  
pro ejusdem salute & securitate tue-  
nda & conservandis Ecclesiæ Gallicanæ  
libertatibus invictam sollicitudinem ac  
fidem luculentis omnino speciminibus  
testatam reddiderat, semper Viris eru-  
ditiſſimis & ad Ecclesiæ & Regni  
utilitatem ac decorem natis floruit  
summisque laudum encomiis & hono-  
rum significationibus usque adeo cum-  
mulata fuit, ut ab ipsismet Regibus

primogenita nominaretur *Filia*: post-Sæc. XVIII.  
 quam vero rerum novarum cupiditas & effrænis sentiendi libertas quosdam A. C. 1739.  
 Doctores velut pestifera lues afflaverat, apud ipsos primo Ecclesiæ universalis definitioni, postea Regum decretis palam contradicendi pruritus atque aperta pervicacia infausto omine invaluit. Inde maximum celeberrimæ hujus Universitatis dedecus, tetra pristini honoris ac famæ eclypsis, contemptus & neglectus oriebatur: Ceterum inter alias adhuc plures pristinæ ac singularis venerationis testificationes haud infima erat, quod ab antiquo, priusquam Universitas quotannis novum Rectorem elegerat, cum omnes Doctores instructo ordine ad Abbatiam S. Germani procederent, a Priore, omnibusque religiosis in Templo perhonorifice exciperentur, imo etiam Rector Magnificus titulo *Monseigneur*, iisdemque honoribus, qui ipsis Regibus exhiberi solent, decoraretur: Attamen continuata quorundam pertinacia Ludovici XV. Regis indignationem adeo provocabat, ut hic multas honorum prærogativas antea Universitati concessas, revocaret necnon solemnem hujus Collegii receptionem, novique Rectoris salutationem omitti juberet, idemque obsequii genus & præfatæ Abbatix Priori

Priori

Sæc. XVIII.  
A. C. 1738.

Priori interdiceret. Regio huic ma-  
dato accessit insuper hujus Abbatis  
declaratio, qua Universitati significa-  
tum Abbatem utpote Regii sanguinis  
Principem nunquam permissurum, ut  
quiscunque locum suum in Ecclesia  
occuparet. Enimvero non omnes Uni-  
versitatis Doctores obstinatæ cum Pon-  
tificæ dissensionis confortes erant, se-  
multo major Sorbonæ pars aliarumque  
Facultatum Magistri quamplurimi non  
modo acceptationis An. 1714. factæ se-  
etiam nuperrime, uti relatam est, Apo-  
stolicis decretis plenam ac perfectam  
submissionem testati sunt; ut vero in-  
ustam pervicaciæ labem hi ipsi Doctores  
a Sorbona Matre sua penitus delerent,  
pristinumque eidem decorem restituere  
possent, hoc anno omnes vires, extre-  
mosque conatus impenderunt, uti mox  
dicemus.

§. II.

*Constitutio Unigenitus in solemnibus  
Parisiensium Universitatis Conventibus  
recepta, & appellationes  
revocatae.*

Ad gloriosum hoc propositum rite exe-  
quendum, nil magis efficax, ma-  
gisque expeditum fore censebant hi  
Doctores, quam novam talis Rectoris  
ele-